



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

VVlpes Piscans. Expressa ex Olao. Descriptio XCI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

VULPES. PISCANS.

Expressa ex Olao.

Descriptio XCI.

OMnes in vnam vulpem fraudes natura videtur concessisse. Nihil tam varium, solers, subdolum, versatile, fraudulentum: vna est in plagis septentrionalibus, vt in cæteris, sic in piscando, ingenio proflus admirabili. Obambulat igitur in ripa fluminis, & si quando pisciculorum, maxime vero cancerorum subijt desiderium, caudam villis, ferisque obstitam molliet demittit in flumen: hanc fummis aquis instar retis in-natantem, cancri prædam, credo opportu-nam rati mordicus appetunt, sed illa summa celeritate caudam retrahit, & inhaerentem cancerum icu affligit ad terram, mox læta pabulatur.

BOS. VNICORNIS.

Ex Cæsaris libro 6. de bello Gallico.

Descriptio XCII.

EST bos cerui figura, cuius à mediâ fronte inter aures vnum cornu existit excel-sius, magisque directum his, quæ nobis nota sunt cornibus: ab eius summo sicut palmae ramique late diffunduntur. Eadem est foeminae marisque natura, eadem forma ma-gnitudineque cornium.

ALCES IBIDEM.

Descriptio XCIII.

Sunt quæ appellantur Alces. Harum est consimilis capris figura, & varietas pel-lium: sed magnitudine paulò antecedunt, mutilæque sunt cornibus: & crura sine nodis articulisque habent: neque quietis causa procumbunt; neque si quo afflictæ casu confi-derunt, erigere sese aut subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus; ad eas se ap-

plicant, atque ita paulum modo acclinatæ quietem capiunt, quarum ex vestigijs cum est animaduersum à venatoribus, quò se recipere consueuerunt, omnes eò loco, aut à radicibus subruunt, aut absciidunt arbores, tantum vt summa species earum stantium relinquatur. Huc cum se consuetudine accli-nauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atque vna ipsæ concidunt.

VRI IBIDEM.

Descriptio LXXXIV.

VRi sunt magnitudine paulò infra elephantos, specie & colore & figura tauri: magna vis est eorum, & magna velo-citas: neque homini, neque feræ, quam con-spexerunt, parcent: hos studiose foucis cap-tos interficiunt. Hoc se labore durant ado-lescentes, atque hoc genere venationis exer-cent, & qui iurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testi-monio, magnam ferunt laudem. Sed assues-cere ad homines, & mansuescere, ne paruuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornu-um & figura, & species, multum à nostro-rum bouum cornibus differt. Hæc studiose conquisita, ab labris argento circunculunt, atque in amplissimis epulis pro poculis v-tuatur.

PISCES.

GETVS.

Massæus, Stylo historico.

Descriptio XCIV.

PER eosdem serè menses nouum, & mul-tiplex aliud in mari miraculum exitit. Classis nauium nomen duce Georgio Britto, dum ex Lusitania Indiam perit, ro-strata celsior Rhoterici Vastri Pereria in me-dio cursu repente veluti fræno equus addu-cto, ita substrit magno cum aqua sonitu, ac motu, qualis, vbi in vada, & syrtis incurritur, edicconfreuit: eo ipso terrore percussis nante, demissa verique hodie, profundum suæ dubio mare comperant. Cum in flatis